A Christo vero et Dei
et Mariæ filio

S.P. Cum diu multumq Goseniȷ nostri adventum literasq tuas expectassem ecce
inopinanti objicitur nihilq de te, de Petzelio totaq vestra Ecclesia regenti εὐαγγέλια
nunciat. Tacitè scilicet pro temporum iniquitate gavisus sum. Etenim, ut debeo, vos
amo propter fidei simplicitatem Christianam, patientiam in injurijs, calumnijs sapien=
tum perturbatricibus ferendis, modestiam in ijsdem vel diluendis vel planè refutandis,
constantiam et fortitudinem in periculis sustinendis, quæ quidem si in te jam unde qua=
si donando non præcipuè agnoscam aut cadaver quoddam sim aut lapis, hoc est, rerum
omnium maximè ignarus vel etiam impiè ingratus. Accedit huc quod D. D. Petzelium
mirum in modum suspiciam cum propter easdem caussas tum inprimis ob invictam
laborum patientiam et vel amabilem illam auream[que] eloquentiam uno ex sermone
mihi Witebergam transeunti cognitam, ut de Danæi operumq æternitate ipsa di=
gnissimorum testimonio taceam. Et verò Ecclesiæ vestræ reformatio nostratiq prodi=
osa quàm mihi gratissima et jucundissima acciderit non facilè est ostendere.
Quod itaq tu in me vel excitando vel confirmando facis, ~~et~~ idem si ego libertate quadam
Christiana faciam mihi ignosces. Macte itaq virtute illa Christiana et vos ~~este~~ este
Papatusq omnes reliquias et feces planè à vobis amolimini. Nihil eo vobis debet
esse prius aut antiquius, nihil apud posteritatem, si qua futura est, gloriosius in ea præ=
cipuè civitate quæ quondam ob rerum divinarum non curantiam ~~et~~ et ignorantiam
malè audijt. Remuneratio vobis ab illo, qui ad dextram æterni patris sedet inde ven=
turus βεβαιωτὴς et potentissimus et liberalissimus, non est defutura. Sed de his satis.
Gosenio nostro ut εὐαγγέλια debentur ita quibus modis possunt persolventur. Verum
qui tibi? nescio sanè vir R. et doctissime. Perinde enim ac si vel natura pater sis consilio
es pater. Sollicitudinem enim leviusculam ex literis subodoratus quantum quidem in te
est, me vel consolaris vel quod majus spiritu fortitudinis animas, tua etiam studia vel
potius teipsum totum mihi defers, quod ut eò facilius mihi probes etiam juvandi meirationes
quasdam in animo cogitatas ostendis   quæ te tam læta tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes! Tibi itaq amicè et paternè mihi
cupienti libenter parebo. Velim igitur, quod Deum et conscientiam meam testor,
scias, me ut antea ita etiamnum de integro perlecto Apologiæ vestræ libro ita de Do=
mino nostro Jesu Christo sentire, ut Nestorij et Eutychis illius infelicis errorem utrumq
abominandum cane pejus et angue oderim, transubstantiatores illos Papistas eorumq
clandestinos socios consubstantiatores rigidos illos tanquam Syrenum infernalium scopu=
los vitandos putem, adeoq Christianam illius Melanchthonis prudentiam et circumspe=
ctam modestiam per omnia probem. Id vel hoc nomine dico ut quid de prædestina=
tionis et arbitrij illius locis credam intelligatis. Atq ut hic me paucis expediam, illa,
prædestinationem puta, (quod salvo doctiorum judicio dico) non rectè à providen=
tiæ ratione tanquam singularis et perfectior illa species dispescitur, nec pars le=
gis, cum ad Euangelium propriè pertineat consolationemq omnibus malis afferat
quàm præsentissimam, censetur. Ut itaq Legis est terrere absq ulla exceptione omnes,
in quibus quidem peccati vel modicum invenit: Ita etiam illa comprehendi mihi
videntur absq ulla vel nationum vel temporum vel locorum exceptione omnes,
generis siquidem vocabulo semper scriptura utitur: venite inquit Christus ad me
omnes. Dilexit Deus mundum ut omnis qui credit &c. Vult Deus omnes homines
salvos fieri et ad cognitionem veritatis venire &c.   Quo ita constituto sequitur

quod facitis

illud de arbitrio vel mortuo absq; Christo, vel libero in Christo capit, atq; ex eo
ad praecedens, hoc est, praedestinationem respondetur: Quod cum haec Dei volunt
NB ut omnes salventur proinde ab ipso vocentur ut credant et vitam aeternam
sto possideant, non tamen omnes serventur, hoc non Dei impotentiae sed summae
et potentissimae constantiae, nobisque ascribendum esse: Statuit nempe omnes sua ipsorum
tate in peccatum et mortem prolapsos ad se per Christum verbo et sacramentis ap
sum reducere ideoq; hunc ordinem servat. Qui itaq; ipsi vocanti respondent
tur, contra qui vocantem audire nolunt, aut auditum, perceptum sua ipsorum
titudine impie respuunt, ij damnantur. Alterum illorum partim a Diabolo
tim ab ipsis, alterum partim a Deo, cujus benedictioni omnia ascribenda sunt (tot
q; Deo ut nihil sit nostrum) partim a nobis, quod tamen ad summum illud bonum
quirendum, apprehendendum et retinendum non satis habet virium nisi
ducatur, juvetur, et retineatur. Qui igitur hoc modo praedestinati ad Deum
sunt, eorum dico hanc propriam indolem esse ut ipsi per fidem, veram inquam
in servitutem emancipent, bonorum operum in Christo, per quem omnia
possibilia, non tantum inchoatione sed et continuatione. Hoc vero ideo scrib
torum hominum latratq; vel morsus plus quam caninos detester, qui ut
illorum fides vel potiq; opinio fert, nihil se in spiritualiob; vel posse vel velle
idq; omniob; vitae partiob; declarant. Tanquam enim πρὸς τὸν θεὸν ἀπέχθ
rint, ita in reb; vere spiritualiob; (quales inter caeteras sunt fratrum infirm
nulla petulantia laborantium consolatio, sublevatio, praeterea etiam benig
modestia et Christiana patientia) ita inquam, nihil earum probant quin fide
deficiunt ut fidei ejusq; operum reliquum sit aut nihil aut certe parum.
o Jehova ut boni frumenti sit quam plurimum. Credere tibi nos vis et qu
dinq; relictis reb; humanis omniob; operari, perfectionem illiq; tibi debere,
tiae coronam ascribere omnes nostras justitias pannum menstruatae ducere.
Summa unum et trinum Deum simplicissime credo, illiq; et proximi dilection
dem colo, et cum ab ipsa perfectione me quam longissime ideoq; ab omni pr
justitiae gloria abesse judicem, quotidie ut Jehovae regnum adveniat, fiat volu
remittantur omniob; et mihi debita oro, et haec sacramentorum meditatio
et professione in me per Spiritum sanctum magis ac magis exsuscitari, confirm
statuo: Qui contra praefracte vel sentiunt vel docent extra eum esse judic
via, veritas et vita, quem qui ipso duce sequitur invenit, cujus ostium per
ipsiq; pulsanti aperitur, ut ingrediatur requiem aeternam, quam ut ing
concupiscantq; vocat, jubet, extimulat, ut velint et possint ipse efficit,
non repugnantiob; sed spiritq; sancti auxilium suppliciter petentiob;, hoc
truncis et lapidiob; sed hominiob; mente renovatis corde circumcisis, atq;
Dei per verbi et Sacramentorum meditationem, professionem usumq;
num mutatis. Has ego ut de disciplina Ecclesiastica plane
tua nihil dicam credo primas Christianitatis partes esse, in quiob; si quid
circumspecte, minq; matri Ecclesiae eiq; orthodoxae conveniens est, id me
sententia irritum esse volo. Restat vir R. et D. ut qu
dum id verbosius sane pro festinatione occupationiob; meis minus forsan aptis vestra
fretq; scripsi: Ita tuum mihi et Petzelij illiq; judicium vere et proinde liberi

quo mihi ut nihil magis est necessarium, ita nec erit amabilius, nec verò te ipso dignius: Ut enim in homine aliquas eſſe reliquias et mentis et voluntatis, ſecus enim homo non fuerit, ut item lucis et libertatis illius acceſsiones continuas eſſe ſtatuo: Ita ſicubi aberratum est quicquid ſaltem id fuerit emendare meliora monentibus cedere cupio et volo ut etiam me debere intelligo. Faxit verò idem Deus pater Domini nostri Jesu Christi, ut in ipso uno et animo et lingua simus, bonorum operum, φιλαδελφίας, mansuetudinis profeſsione et continuatione nos germanos Christi diſcipulos probemus vitamque æternam in ipso per ipsum cum omnibus electis poſsideamus. Amen.

De Prætorio et hic audio, tametsi id plurius percunctari non libeat, Novi autem illum, Kittelij importunitatem et Ecclesiæ illius ſtatum non ignoro. Mirum verò est tantum in bona cauſa hominum fervorem non exiſtere, quantus in mala apparet. Quid mi pater si Deus ille maximum machinas ſuas adhibere ceperit? certè video ad æmulationum et condemnationum ſtudia quam ad ſtrenuam veritatis propugnationem multos promptiores eſſe: Credo tamen illum post Kittelij mortem vel ſibi vel Ecclesiæ, si D. Fabricium, si alios quosdam Theologos et cives primarios ibi rectè novi, non defuturum, cum præcipuè intellexerit nihil à Papatus tyrannide amplius metuendum eſſe: Quod tamen an columbinæ ſimplicitatis, ſerpentinæ item calliditatis ſatis habeat neſcio, vos videritis. Princeps ille ita à te depingitur, ut, qui ſit, facilè appareat. Adſit verò Jehova ille ſanctiſsimus viris ſub eo doctis et pijs. Statuo autem quo propius ab ipso judicio abſumus, eò durius Deum ſed paternis ſuis de anguſta illa via ineunda, omnibusque humanis auxilijs abjiciendis inſtare. Id ut agnoſcamus etiam ille pro infinita ſua miſericordia faciet. Tu mi pater R. quoties ad me rectè et per occupationes tuas graviſsimas poteris, et vel præcipuè de hiſce literis reſcribe, me quoad potes et ama et juva hominem ut non malum ita nec ingratum, bonos, in quibus quidem fides et taciturnitas ſita est, ſaluta. Datum Brunſuigæ postridie Sexageſimæ, quæ multam nostrorum contradictionem et vel craſsam ignorantiam nos ex Christi et ipſorum verbis edocebat.

In Christo optimè vale vir Reverendiſs:

M. Chemnitius

[illegible] fideli [illegible]

Doctissimo & Re-
uerendissimo Sig.r
Marco Domingo Ba-
monsig.r Ecclesiastice
vigilantiss.o & di-
gnissimo amico
[illegible]